

uitia capitis dolores et ægilopas: anteq̄ supparent. itē tumoribus. Exēptisq̄ nucleis in uino uetere tritum eruptionibus pituitæ. Succus seminis aluū sistit. Vrinæ cit. Ad eruptiones pustulæ pituitæq̄ cum cærato illinitur: et contra phalāgia capillū denigrat. Lenius succo oleū est ex eadē myrto et uinum: quo nunq̄ inebriatur. Inueteratūq̄ sistit aluum et stomachū: tormina sanat: fastigium abigit. Foliorum arentiū farina sudores cohibet in spersa: uel in febre. Vtilis et cæliacis: et p̄cidentia uuluarum sedis uitis: ulceribus manātibus igni sacro fotu: capillis fluentibus: surfunibus. itē aliis eruptionibus: ambustis: Additur quoq̄ in medicamento: quod liparas uocant: eadē de causa: qua oleū ex iis efficacissimū ad ea quæ in humore sunt: tanquā in ore et uulua. Folia ipsa fungis aduersant trita ex uino: cum cæra uero articularibus morbis et collectionibus. Eadē in uino decocta dysentericis et hydro-picis potui dantur. Siccantur in farina quæ inspergitur ulceribus: aut hemorrhoidæ. purgant & lentiginēs pterigia & paronychia: & epinyctida: condylomata: testes: tetra ulcera. item ambusta cū cærato. Ad aures purulentas & foliis crematis utuntur & succo decocto. Cōburūtur & in antidota. Itē cauliculi flore decerpti in nouo fictili operto cremati in furno dein triti ex uino: & ambustis foliorū cinis medetur: inguen ne in tumescat ex ulcere satis est surculū tantū myrti habere secū nō ferro nec terra cōtactū. Myrti danū diximus quomodo fieret. Vuluæ prodest appositū fotu: & illitu. Multo efficacior & cortice & folio & semine. Exprimitur & foliis succus molissimis in pila tuis aduso paulatim uino austero. Alias aqua cælesti: atq̄ ēt expresso utuntur ad oris sedisq̄ ulcera uulua: & uentris. Capilloq̄ nigritiā malæ perfusiones purgationes lentiginū: & ubi cōstringendū aliquid est. Myrtus siluestris: siue oxymyrsine: siue chamemyrsine baccis rubentibus: & breuitate a fatiua distat. Radix eius in honore regio: & uuluaq̄ purgationi trita cū uino Cauliculi quoq̄ incipiētes asparagoq̄ modo in cibo sūpti: & in cinere cocti Semen cum uino potum aut oleo aut aceto calculos frangit. item in aceto & rofaceo tritū capitis dolores sedat: & potum morbū regium. Castor oxymyrsinem myrti foliis acutis: ex qua fiunt ruri scopæ: ruscum uocauit: ad eosdem usus. Et hætenus habēt se medicinae urbanarum arborum. Transeamus ad siluestres.

CAI PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIAE LIBER. XXIII.
PROOEMIUM.

Medicinae ex arboribus siluestribus.

In

siluæ quidem horridiorq̄ naturæ facies medicinis carent: sacra illa parēte rerū omnium nusquā nō remedia disponere homini ut medicina fieret etiā solitudo ipsa: sed ad singula illius discordiæ atq̄ concordia miraculis occurrentibus Quercus & olea tā pertinaci odio dissident: ut altera in alterius scrobe de pacta moriantur. Quercus uero & iuxta nucē iuglandē. pernicialia & brassicæ cū uite odia. ipsumq̄ olus quo uitis fugatur aduersū cyclamio & origano are-

scit. Quin & annos iam & quæ sternantur arbores: difficiliter cædi: ac cæleri inarescere tradūt: si prius manu q̄ ferro attingantur. pomorū onera a iumētis statim sentiri: ac nisi prius ostendant iis quis pauca portent: sudare illico. Ferulæ afinis gratissimæ sūt in pabulo: cæteris uero iumētis præsentaneo ueneno. Qua de cā id animal Libero patri assignat: cui & ferula. Surdis etiā res sui cuiq̄ sūt uenena: ac minimis quoq̄. Phylira coci & poline nimiū salem cibus eximū. Prædulciū fastidiū sal temperat Nitrosæ aut amaræ aquæ polenta addita mitigantur: ut intra duas horas bibi possint. Qua de cā & in saccos uinarios addit polēta. Similis uis rhodiæ cretæ & argillæ nostratis cōcordia ualentū. pix oleo extrahitur: quādo utrūq̄ pinguis naturæ est. Oleū solum calci miscetur quādo utrūq̄ aquas odi Gūmi aceto facilius eluitur. Atramentū aqua. iumera præterea alia: quæ suis locis dicentur assidue. Hinc nata medicina. Hæc sola naturæ placuerat esse remedia parata uulgo: inuenta fastidia ac sine ipendio: ex qbus uiuimus. postea fraudes hominū & ingenioq̄ capturae officinas inueniunt istas: in qbus sua cuiq̄ homini uenalis pmittitur uita. Statim cōpositiones & mixturae inexplicabiles decantant. Arabia atq̄ india in medio æstimanē. Vlceraq̄ paruo medicina a rubro mari iputatur: cū remedia uera quottidie pauperimus quisq̄ cœnet. Nam si ex horto aut petat hærbæ: uel frutex quærat: nulla artū uilior fiet. ita est profecto: magnitudo populi romani perdidit ritus: uincēdoq̄ uicti sumus. paremus externis. & una artium imperatoribus quoq̄ imperat. Verum de his alias plura. Loton hærbæ: itemq̄ ægyptiam eodem nomine: alias & syrticam arborem diximus suis locis.

Lothos.

Cap. ii.

H

æc lothos quæ faba græca appellatur a nostris aluū baccis sistit. Ramēta ligni decocta in uino profunt dysentericis: menstruis: uertigini: comitialibus. Cohibēt & capillum. Mirum